



- 1447
- 1705^a
- 23^a-^c Thomasius, Christianus : *No torturae ex iure Christi.*
No iuris praesertim 5 Rupt.
- 24^a-^d Thomasius, Christianus : *De origine successionei testam-
mentariae 4 Rupt.*
- 25^a-^d Thomasius, Christianus : *Prima iustitia successionei testa-
mentariae apud Romane. T 70 C 2 1744*
^{y Brant}
- 26^a-^d Thomasius, Christianus : *De iure praktico doctrinal
iustificationis iuri Romani & culparum praesta-
tione in contractibus. 1705 i 1731.*
- 27^a, b, c Thomasius, Christianus : *De iure legis decimovigesi
testamentariae. 3 Rupt.*
- 28^a-^t Thomasius, Christianus : *No templariorum questione
ordinis sublatto 2 Rupt.*
- 28^b Thomasius, Christianus : *No templariorum questione
ordinis sublatto.*

1447





Halle, Diss. 1705

(T-2)

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE
**TORTURA EX
FORIS CHRISTIA-
NORUM PROSCRI-
BENDA,**

Quam

IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPPE AC DOMINO,
Dn. FRIDERICO VVILHELMO,
REGNI BORUSSICI, ELECTORATUS BRANDENB.
ET CETERARUM PROVINCiarum HERede,

P R A E S I D E

Dn. CHRISTIANO THOMASIO,

JCTo, S. REG. MAJ. BORUSS. CONSIL. PROF. PUBL.
ET FACULT. JURID. DECANO,

Pro summis in utroque Jure Honoribus, Privilegiis
& Insignibus rite capessendis,

IN AUDITORIO MAJORI

Ad diem XXII. Jun. M DCC V. Horis ante & pomerid.

Placidæ Eruditorum discussioni submittit

MARTINUS BERNHARDI, Pomer.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,
Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ.



Halle, Diss., 1705



PRÆFATIO.



Vanta semper ac quam glorio-
sa veterum JCtorum prudentia
ac scientia fuerit, pleni sunt o-
mnes libri, plenæ sapientum vo-
ces, plena exemplorum vetustas.
Cicero enim Parens ille Sapien-
tiæ in Lib. de Orat. ipsorum do-
mos oracula civitatum appellat: unde etiam illo-
rum responsa, Collectanea atque Digesta, maxi-
mam ab Imperatoribus auctoritatem acceperunt.
Verum, quemadmodum (ut venuste loquitur Imperator L. 2. §. de veter. jur. enucleand.) in nullo aberrare seu in omnibus irreprehensibilem esse, divinæ
utique solius, non autem mortalis est constantiæ;
ita & nusquam in colligendis atque componen-
dis Romanorum Legibus, JCtos aberrasse atque
irreprehensibles esse, nemo mortalium afferet, nisi
se se pariter aut in jure nostro hospitem, aut adju-
atorem nimium manifestaverit. Legum illarum

A 2

vero

verò, à quibus æquitas aut sana ratio exulat, seriem hic contexere neutiquam in animum induxi; attamen ab æquitatis tramite sepe veteres deviasse JCtos; quin vel unicum illorum funestum de tortura inventum, instar omnium satis superque fidem faciat, nullus equidem dubito. Per torturam enim miserrimis Reis incertis haec tenus & nondum convictis tales plerumque infliguntur poenæ, quæ atrocitate sua superant illas, quibus ejusdem criminis rei, si plene convicti essent, afficiendi forent. Vix enim imo vix est, ut cruciatus ac per consequens poenæ, quæ ex inflictis tormentis in hominum corpora redundant, cum mortis angoribus comparari valeant. O nimis impia in plectendo perversitas! Quid injustius? quid vel ab æquitatis umbra adeo abhorrens excogitare datur unquam? quam miseris mortales, qui adhuc infontes sunt, excarnificare poenis tam truculentis, ut vel earum meminisse, animus, cui parum adhuc humanitatis sensus superest, horrescat luctuque refugiat. Clare vero, ut hujus meæ assertionis veritas elucescat, torturam in primo capite Dissertationis meæ ad juris civ. regulas explorabo: in secundo vero capite illam rationis ac æquitatis lancea trutinabo. Tu vero B. L. rejecta præconcepta opinione hoc legas & contra dissentientium moris defendas.

Dis-



DISPUTATIONIS INAUGURALIS JURIDICÆ
DE
TORTURA EX FORIS
CHRISTIANORUM PROSCRIBENDA.

CAPUT I.
TORTURÆ PRAXIN JURE CIVILI ET
MORIBUS COMPROBATAM CONTINENS.

S. I.



Uspicaturus materiam de tortura cum Anton. Marth. de Crimin. L. 48 Tit. 16. cap. 5. dicendum arbitror: torturam non esse legitimam & juri divino & naturali contentaneum exprimendæ probandæque veritatis modum tam certum est; quam evi-
denter constat, hanc periculosam & fallacem probandi rationem in ju-
re nostro civili aliquando permitti. Quod etiam sua sen-
tentia confirmat Ludov. Vives ad Augustin. de Civitat. DEI Lib. 9. cap. 6. dicendo: hic torquemus homines, ne infantes moriantur, ut magis nos eorum misereat, quam si morerentur: adeo graviora sese sunt tormenta, quam mors. Cicero quoque in Orat. pro Cauen. dicit: in questionibus non id agi videtur ut verum inveniatur, sed ut aliquid falsi dicere cogantur, qui torquentur. Quod & insuper ipse Augustin. de Civit. DEI con-
firmat, dicendo: Quid cum in sua causa quaque torquetur, & cum queritur uiram sit nocens, cruciatur; & innocens luit pro

Judicia
quædam do-
torum Vi-
rorum de

A 3

incerto

6 DISP. JUR. DE TORTURA EX FORIS

incerto scelere certissimas penas, non, quia illud commissum detegitur, sed quia non commissum restatur, & sic ignoranria iudicis plerumque est calatio innocentum. Ipse Ulpianus quoque l. i. §. 23. ff. de quaest. hoc aliquo modo fatetur, dicens: Et enim res fragilis est tortura & periculosa, & qua veritatem fallat. Ego vero ut hic in limine statim, quid de hac fallaci probatione sentiam, candide fatetur; Injunctam, iniquam, fallacem, insignium malorum promotricem, ac denique omni divini testimonii specie plane substitutam esse hanc violentiam torturam, & proinde ex Foris Christianorum rejiciendam, intrepide affero. Sed ut ordinem in Praet. præfixum sequar, in primo Cap. torturam, quatenus LL. civilibus compriposta est, tractabo; in secundo vero capite, illa, quæ pro humanis carnificinae usu stabilendo ab illius sautoribus in medium proferuntur, refutabo.

§ II.

Quæstionem vero ut aliqua definitione, uti mos est, describam; nihil aliud ea est, quam violenta veritatis per tormenta facta inquisitio. Possem nunc definitioni huic quedam de illius origine atque significacione adjicere. Sed ne longius quam par est a scopo discedam, hic statim producam illud, quod Judex cautus juxta normam Jure Civ. præscriptam, in imponenda quæstione, animo suo prægitate debet. Et quidem primo cujusnam conditionis homines tortura subjici deceat? (2do) in quibus delictis alii sunt quædam que causis ad illam provolandum? (3.) ad quænam signa vel indicia quæstio decernenda (4) quousque aut quomodo in infiligris tormentis procedere integrum sit, & denique ultimo quænam specialia iudici circa torturam observanda. Primum itaque quod Judex observare debet, est personarum conditio. Initio enim apud Romanos hujus severioris examinari objectum tantum erant servi; Et quidem

dem non solum ob propria delicta, sed etiam in alios, non vero in dominum, exceptis quibusdam delictis, torquebantur, vid. Anton. Marth. lib. 48. tit. 16. cap. 2. num. 3. Deinde ad *De persona liberos quoque homines, qui humilioris ac inferioris conditionis erant, severior huc Processus extendebatur. Interficienda.* *tortura sub-*
quis tamen illud differimis notandum, ut, qui vilioris con-
ditionis, simulque infamia notati, non minus tanquam te-
stes, quam ac si ipsi forent Rei, tormentis se subducere
potuerint l. 21. §. 2. ff. de test. Aub. apud eloquentiss. C. de fide in-
strumentor. quod tamen hodie secus in illæst famæ, quantu-
mvis tenuioris fortunæ hominibus, qui non, nisi ipsi Rei,
questionem experiri tenentur, si modo testimonium dicturi
non vacillent, l. 15. pr. ff. de quest. Hæc vero lex tantum
loquitur de illo casu, si in testimonio dicendo non vacillent: *De testibus*
hinc a contrario sensu colligitur, quod, si vacillent, possint *tortura sub-*
torqueri; Idem si variant: licet enim hæc inter se distincta
sint, attamen idem est variationis, quando quis dissimilia dicit; &
vacillationis quando quis hæsitanter respondet, effectus, vid.
Brunn. ad l. 15. ff. b. t. Ratio est: quia Judex super tali testimo-
nio alias nullam sententiam, nec pro innocentia, nec pro
Rei condemnatione ferre potest. Cum vero alterutrum
detege Republicæ, maxime in criminalibus intersit; sequitur
omnino, varium & mutabilem testem, si ipsi actu interfuerit,
leviter torqueri posse, l. 18. §. 3. b. t. conf. l. 16. ff. de
testib. Parili etiam modo tam masculos, quam feminas ad
torturam rapi posse sine distinctione, certum est; modo ju-
nis ex causis non excipiuntur.

§. III.

Eximuntur vero a tormentorum cruciatibus (1.) di-
gnitatis ergo homines illustres, Senatores, Viri clarissimi (1.)
& eminentissimi, eorumque liberi ad tertium usque gra- Eximuntur
dum l. u. C. de quest. Deinde etiam milites non ignominio- quadam per-
sonæ ob ab-
te gemitum.

se ab Exercitu misi huc referendi sunt, l. 8. C. de quæst. Ob paritatem quoque rationis huic Catalogo inscribendi videntur arg. l. 8. ff. h. t. Doctores, Advocati, Studiosi &c. vid. Brunemann, Proc. Crim. cap. 8. m. s. §. 23. 24. &c. Hoc vero privilegium cessat in criminibus atrocioribus ut Crimine læsi. Maj. l. nullus C. de Crim. Majestat. Homicidii, Carpzov. part. 3. quæst. 118. num. 89. Sodomiz, adulterii, &c. Cessant quoque hæc privilegia dignitatis, cum quis ita se gesit, ut pita professioni sive dignitatibus contradixerit; quia sic dignitas virtutis obfuscata est; Zanger. cap. 1. num. 86. Tiraqueil. de Nobil. qu. 22. (2) eximuntur quidam ob ætatem tam teneram, quam decrepitam l. 10. 15. §. 1. ff. de quæst. l. 1. §. 33. de SCio Syllan. ubi impuberes dicuntur exempti. Dicuntur autem hic non tantum impuberes, qui doli incapaces; sed omnes, qui annum quatuordecimum nondum egressi sunt; Errant itaque illi, qui cum magno Cujacio illos tantum modo impuberes, qui doli adhuc incapaces sunt, non torqueri posse contendunt: Lex enim l. §. 33. SCii Syllan. disertis verbis docet, impueres non torqueri, terreri vero & habena vel ferula cædi, non esse insolitum. Quod privilegium etiam non iuste ad Seniores & magnæ ætatis homines extenditur arg. l. 3. §. 7. ff. ad SCium Syllan. Militar quippe pro sensibus, utpote his pueris, eadem ratio, quæ pro impuberibus certat. Idem

(3.) privilegium quoque extendendum ad Melancholicos per tr. Ob Judicij dita Carpzovii qu. 118. n. 8. ut & ad surdos & mutos natura tævel corporis les, arg. l. disertis. 10. C. qui testamenti fac. poss. Et hoc non so-
defectum, lum ideo, quia plerumque fatui, sed etiam, quia regulariter vel ob ali- nulla ab iis expectari certa confessio potest frustra vera ex-
am justam causam. spectatur, quod sperari non potest, & licet per signa veri-
tas iis exprimi possit, non tamen circumstantiarum esse pot-
est, certitudo Zanger. de quæst. cap. 1. num. 44. Carpzov. quæst.
118. num. 21. Summa denique ratione hic propter corporis constitutionem excusat mulier prægnans quamdiu uterum gerit l. 3. ff. de Pan. Facili enim negotio, aut foetui, aut ipsi mu-
lieri

CHRISTIANORUM PROSCRIBENDA.

9

llei gravida per torturam exitiale quicquam infligi potest. Tandem etiam Doctores communiter hic recensere solent multifarios morbos, qui à tormentis mortales reddunt liberos, de his vid. Paul. Zach. de quest. lib. 6. tit. de Torment. ad quem B. L. brevitatis ergo remitto. Solet vero communiter circa hanc materiam queri, an saltem, qui torque-ri nequeunt, sive simplicibus minis, sive ipsis ad locum ubi tortura perachi solet, adducendo, seu de facto oqvuleo imponendo, terreri non integrum sit? Hic verò Resp. sub Neg. terreddistinctione, & quidem ita: ut quosdam terreri permisum, rī possunt quosdam vero non magis terreri quam torqueri fas sit; un personæ, de fluit, quod tormentorum terrore (1) percellere non licet que torqueat illos, quos à quæstione liberat dignitas Anton. Matth. rī probibenda Crimin. ad Tit. de Question. (2) neque illos facile perteratur, excepto rendos esse, quos corporis imbecillitas torturæ subjicere dissuadit, Ceti afferunt. Unde Anton Matth. cap. 2. de quest. expresse docet; mulieres prægnantes quemadmodum neque torquendas, ita nec quæstionis terrore percutiendas esse. Terreri vero qui posse creduntur, sunt tantum impuberes & senes. arg. l. i. §. 33. de SCto Syllan. l. 15. §. 41 ff de injur. quem tamen terrem tantum levem, & à quæstionis praxi remotissimum esse oportere LL. jam citata ut & ipsa ratio postulat. Terror enim incussus pueri aut decrepito, periculo haud Impuberis vacat; facile enim pueri terroribus percussi in epilepsam & Seniores alia mala incident, senes verò in apoplexiā aut alium leviter teranimi defecūt. vid. Paul. Zach. qu. med. leg. lib. 6. tit. 2. de Mereri possunt. dic. err.

§. IV.

Huc usque de personis aëtum, postulat nunc præfixa Disputationis ratio, ut, quænam causæ seu delicta torturæ locum faciant, examinem. Causæ vero quæ pro ratione personarum ad torturam viam sternunt, variz sunt; servi enim in causis civilibus non minus, quam in criminibus

B

libus

*De causis
sive delictis
ad torquendam suffici-
entibus.*

libus olim torquebantur, *l. 9. ff. de Quæst.* & hoc non solum obtinebat in propriis, sed etiam alienis, exceptis, domini causis; regulariter enim contra quem quis non admittitur tanquam testis, in illius caput quoque non potest torque ri. Liberos vero homines non nisi in criminalibus & qui dem in delictis atrocioribus tantum torqueri solitos fuisse, liquet ex *l. 8. & 9. §. fin. ff. de Quæst.* nisi cum causa civili concurrat delictum aliquod: ut si mercatori qui non solvendo est, dolo malo in fraudem Creditorum pecuniam, sive rationes supprimat; tunc enim non solum ipsi Rei, sed & testes veritatem malitiose supprimentes, licet sint liberi homines, leviter torqueri possunt præsertim si veritas aliter haberi haud possit; Interim tamen constat, quod non in omnibus delictis, sed tantum in illis, quorum poena vel ultimum supplicium, vel ad minimum corporis afflictiva est, tortura locum habere possit. Equidem ad curam hoc proprie Collegiorum pertinet, distinctionem delictorum adhibere in dictianda tortura: Interim tamen & Judex etiam hoc nosse debet, ut qualitatem criminis bene in Actis deducat, quo postea Juris perite scire possint, quænam poena isti delicto competat, & an sic per consequens tortura locum habeat, vid. B. Bruanemann, in *Process. Crimin.* cap. 8. m. 5. §. 20.

§. V.

In decernenda porro quæstione Judici quoque ratio habenda est signorum sive indiciorum Rerum prementium, quæ legitima qualitate & justo numero torturam præcedere debent. Non enim à tormentis initium sumendum esse, ipse Ictus Ulpianus *l. 1. ff. de quæst.* docet. Deinde etiam plenæ probationes, quibus Reus convincitur, potius, quam suspectus redditur, ex Catalogo indiciorum

De indicieis expungendæ sunt; verosimil' a enim non apodicticè con-
ad torturæ cludentia argumenta torturam præcedere fas est. Hinc il-
lorum
aggravanti-
bue.

lorum sententiaz neutiquam subscribo, qui Reum, quamvis testibus vel argumentis luce meridiana clarioribus convictum, torturæ subjiciunt, ideo, ut per illam, ex proprio ore, sceleris confessione extorta, appellationis beneficio privetur. Toreura enim non est remedium ordinarium extorquendi veritatem, sed potius extraordinarium sive *Tortura est subsidarium, cuius proprius & unicus tantum finis, rei du-* *tantum sub-*
biz confirmatio est: Obtento vero fine non opus amplius fidiarum
est, ut de mediis solliciti simus. Quis itaque mortarium medium e-
non cernit, ad rem hanc periculofam irreligiosamque non ruenda ve-
esse properandum, quamdiu remedium magis securum su. *ritatis,*
perest? Unde etiam si aliter adhiberur, poenam magis,
quam veritatis indagationem sapit, vid. Brunnemann. cap.
8. m. 5. § 11. Indiciorum quidem, quæ ad torturam viam
sternunt, vastissimus sece hic pandit Ociatus. Sed misis
illorum tam definitionibus, quam divisionibus, quas ma-
gno numero DD. tradunt pasim, duo hic saltem indicio-
rum prærequisita examinabo. Primum itaque est, quod
indicia ad torturam aggravantia debeant esse verosimilia,
l. 8. §. 1. C. de quest. & quidem tam verosimilia, ut nihil aliud,
quam Rei confessio decesse videatur, l. i. §. 1. ff. de quest.
Talia vero quænam sint accuratae delineare, hoc opus, hic
labor est! Prudentis itaque Judicis arbitrio hæc decernen-
da committere, quam speciale hic præscribere regulam,
longe tutius arbitror. Unde ejusmodi Judicem Peretz
quoque monet, quod recte fecerit si indicia, argumenta
& præsumtiones ex personis locisque suspectis desumat; Judex ex
item ex tempore, ut si alia hora in qua occisus inventus, personis lo-
quis viuis sit frugere stricto gladio: Magnam denique fa-
*cultatem estimandi præbet vita anteacta, conversatio sive *dia* vel ex*
consuetudo illorum, quibus is, cui adhibendz sunt quæsti-
vita anteac-
ones, quotidie conjunctus fuit. Alterum porto præqui-
situm indiciorum est, quod unum indicium licet gravissi-
mum re deber.

mum & criminis proximum, ad diabolandam torturam non sufficiat, sed quod semper plura adesse debent. Unum enim sepius fallere potest, quapropter, cum hanc peri-

Unum in- culosam examinandi viam non calcandam dixi, nisi indicis dicium spe- verosimilibus postulantibus; hinc satis apparet, unum utile, si ge- pote lepe fallax & erroneous indicium haud sufficere ad tor- neralia non turam. Leges insuper si consulamus, nec iste illud, quod concurrant hic affero, dissident: Semper enim de indicis sive argu- vix sufficit mentis in plurali non de indicio in singulari loquuntur, vid. ad tortu. l. i. §. 1. l. 18. §. 1. l. ult. ff. l. 3. l. 8. C. de Question. Sed quia hac in re non omnes consentiunt, hinc in sequentibus pauca tantummodo tangam, non pertractabo; quia pagellarum angustia hoc vix permittit.

§. VI.

Solet itaque a DD. hic quæstio moveri, annon unus testis tantæ efficacæ sit, ut ad quæstionem Reo impo- nendam sufficiat? quod negandum esse autem. Nec juvat hic dissentientium distinctio inter illum testimoni, qui de nudis tantum indicis deponit; & illum, qui se Reum, ipso actu crimen committentem vidisse testatur; adeo qui- dem, ut priori casu ad minimum duos testes desiderari con- fiteantur, posteriori vero unum de ipso actu deponentem. *Unus testis* sufficere posse putent. Quam distinctionem plurimis arri- immediate de video DD. sed minus recte meo judicio; Quandoqui- de delicto deponens absque piacula JCtis non licet quicquam Legibus ad- dñe, nee detrahere, cunctas vero leges, quotquot huc vix solus spectant, de numero indiciorum in plurali mentionem in- aggrauat. Deinde etiam nusquam tam distinc- tionem in jure repertire datur, hinc certe illorum DD. ad tortu- rum placitum, tanquam Legibus destitutum, illamque inter testes distinctionem, tanquam ex solo illorum ingenio natam non admittendam esse, satis liquet. Ast regerunt dissen-

dissentientes, quod tamen in Artic. 39. C. Crimin. exprefſe dicatur, unum testem esse ſufficientem ad Reum eqvuleo imponendum: Sed ille Articulus ex proximè antecedenti- bus explicandus & ita limitandus, fi nempe generalia qua- dam indicia ſimil concurrent & contra Reum militent. Et ſic ego quoque admitto, quod unus testis ſufficiat, utpote fi talis persona fit de cujus malitia ex vita anteacta ſufficien- ter jam conſtat &c. Porro etiam ex l. i. §. 2 ff. de Quæſion. prælucet; quod argumenta, priuquam ad torturam pro- volandum, tam clara eſſe debeant, ut ſola Rei confeſſio abeſſe videatur. Quis autem unquam dixerit, per unum testem ita convinci Reum, ut ſola ipſius deſit confeſſio? Non fruſtra Deus T. O. M. dixiſſe credendus, non in uni- us ore ſed ad minimum duorum vel plurium conſistere o- mnem veritatem, Deut. cap. 19. verſ. 15. Matth. 18 verſ. 16. Ipſe Paulus JCtus in l. 20. ff. de quæſ. torturam de ancilla institu- endam ad unius hominis testimonium illicitem quoque pro- nunciati. Videamus ipſa Legis verba in fin. Procurator que- ſionem de Ancilla habuerat. Hoc cum ex appellariōe cognoviſ- ſet Imperator, pronunciavit, queſtione illicite habita, unius teſti- monio non eſſe credendum, ideoque rebū provocatur, add. Go- thofred. in Not. ad h. Leg. ut & L. 9. C. de teſt. ubi expreſſe dicitur; Simili modo ſanximus, ut unius testimonium ſen- nemo judicium facile patiatur admitti, in quaunque cau- ſa.

§. VII.

Quæri à DDibus quoque ſoleat an non faltem ille, qui à vulnerato in agone deſignatus eſt auctōr vulneris le- thiteri, quæſtionibus poſſit legitime tradi? Dubitandi hæc adeſt ratio, quod vix in instanti mortis periculo mentiri präfumendus, ſed potius propria ſalutis memor creden- dus fit homo moribundus, arg. l. fin. ad Leg. Jul. repetund. Deſignatio Verum quia non omnis moriens eſt Johannes Baptista, hinc vulnerati

*neris, sola,
non sufficit
ad tortu-
ram.*

*Nec Rei no-
minatio
correorum,
sufficiens in-
dicum est.*

vulnerati nominationem non possum, tanquam pregnans indicium ad torturam admittere. Vidimus enim jam ante ad unius hominis testimoniam neminem esse torquentum; quis vero adeo cœcutit, ut non videat, hic tantum adeste unum testem, & quidem in propria causa testimonium præbentem? Unde satis prudenter monet Ulpianus, si quis moriens dixisset sibi a servo vim mortis esse illatam, non esse credendum domino, nisi hoc postea ab hærede, probari poterit. Acriter hic quoque inter DDres disputatur, annon, si Reus aliquem delicti participem nominet, ista nominatio, sufficiens sit ad torturam gravamen? quod expresse negotio: Experientia enim vel millies sane comprobavit, à Reis seu ultro confessis, seu legitime convictis, nominatos fuisse quosdam delicti consortes quorum sero postea detecta fuit innocentia. Neque hoc mirum videtur, quia semper solamen reorum est, socios habuisse malorum. Quin imo nec defuere Rei (quod ex l. fin. C. de accusatione, satis colligi potest) qui eo impietatis proventi fuerunt, ut illos, quos odio prosequabantur, ad opportunam de illis summandam vindictam, facinoris sui coadjutores nominare haud dubitarint. Notatu digna est Historia, quam hujus rei refert Justin. Lib. 2. cap. 9. Hyppias cum imperium paternum teneret, interfectorum fratris sui comprehendere jussit, qui, cum per tormenta socios eisdem nominare cogeretur, omnes amicos Tyranni nominavit, quibus interfectoris, querenti Tyranno an adhuc aliqui eisdem consciëssent, neminem, ait, quem amplius mori gestiae, quam ipsum Tyranum. Talia itaque similiaque incommoda & absurdâ hac in re prævidisse Imperator Antonium, persuadet mihi ipsius prudentissimum monitum: Convictis confessique Reis, ad societatem sceleris vocantibus eos, à quibus indicati, facile credi non oportet l. 4. C. de Quæst. Vidimus itaque quod hæc duo in hoc §. descripta indicia singulatim

non

non sufficiant ad Reum torturæ imponendum, nisi simul Generalia generalia quædam concurrent indicia; quod nempe ille, qui concurrere indicatus est semper in societate Rei fuerit, vel alias homo debent in perficta frontis, cuius vita antea loco indicii generalis dicia. esse potest.

§ VIII.

Denique inter DD. quæstio circumfertur, anno non*ad* indicium sufficiens sit ad torturam propriâ confessio extra-judicialiter facta? quod negandum esse puto, nisi ex aliis circumstantiis simul enarratis, contrarium præluceat. Quod etiam affirmant Anton. Matth. *ad Tit. de quest. cap. 3. num. 10.* & Wissenbach. *ad Tit. de SCro Turpill. num. 8.* dicendo: quod ille, qui animo minus ferio, aut ostentationis magis, quam, *Propria* femei ipsum accusandi & onerandi cauſa, quædam effutit confessio non sit riapiendus ad quæstionem. Edocet enim quotidiana extrajudicibus rerum eventus, ut illi qui imbellies, rebusque gerentibus maxime inepti sunt, ingentia sese perpetrasse crimina, non sufficit. passim inter socios gloriuntur; haud alium sane in finem, quam, ut dum actualia suæ imaginariæ fortitudinis specimen dare, aut corpus illorum imbecille aut meticolosus eorum haur ferat animus; saltem per inanem eiusmodi ja-stantiam, sese strenuissimos heroes alii summa ope per- svadere nitantur. Quæ profecto similesque ostentationes, tanquam argumentum ad torturam decernendam haud sufficere possunt. Ille vero qui facinus, appositis certis cir- cumstantiis, in judicio confitetur, tanquam satis confitius non ad torturam, sed ad poenam promeritam trahendus est. Tandem ad torturam quoque singulatim sequentia non sufficient indicia: utpote si res furtiva penes eum, qui suum Autorem non nominare sive laudare potuit, inven- ta; aut si instrumentum, quo mediente delictum commis- sum, penes aliquem inventum; Facili enim negotio con- tin- *Nec res fur- tiva sive in- strumentum*

penes ali- tingere potest, ut viri morum probitate conspicui, aliquid
quem inven- in foro publico a venditore ignoto emant, cuius autorem
tum suffici- postea nominare haud valent. Quoad secundum etiam ver-
entia singu- satus nebulo non difficulter securim, gladium, vel aliud
latim sunt quodcunque fuerit instrumentum, incisio domino subduce-
indicia. re eum in finem potest, ut illis delictum committat, & sic
postea suspicionem ex illo instrumento desumptam, in domi-
num derivet, &c.

S. IX.

Ultimo denique loco inter Doctores quæstio ventilati solet, an fuga ad torturam efficax sit argumentum? me autem in illorum Doctorum sententiam ire jubet æquitas, qui nullam fugam sive ante, sive post accusationem institutam, fatis indicii ad torturam judicant. Sibi enim, vitæ sola sive an que suæ matura consulere fuga, sè numero vel innocente, sive postissimis conducere magis, quam sepe judicum levitatem, ini- L. Contesta- micorum potentiam, testium improbitas, judicij incerti alex tam instituta & denique carceris molestias committere, quis inficiebatur? Unde etiam Alcibiades ab Atheniensibus ad causam capititis dicendam vocatus, dixisse fertur. Scilicet est, fuga sibi non consulere cum fugere licet. Scimus enim quam meticulo- res sit, ignorantia judicum vel Advocatorum malitia suam committere vitam. Cæterum & innumera penè alia indica ad torturam singulatim sufficientia, narrantur à Doctoribus, quæ omnia hic specialius enodare, instantis itineris adventus haud permitte. In genere tamen ex iis, quæ ante prælibavi, fatis appareat, nullum horum omnium per se fatis validum ad torturam esse, nisi simul generalia quædam indicia, ex conversatione, vita, malitia, vel aliis circumstantiis Rei desumpta simul concurrant.

S. X.

Lustratis sic personis quibus: Causis, seu delictis, in quibus

quibus indicis denique ad quæ tortura dicitanda. Tandem præfixus Disputationis ordo flagitat; ut formam modumque juxta quem praxis tormentorum instituenda, paucis tantum (quia aliorum Doctorum scripta satis hac de re loquuntur) insuecamur. Varios vero si pensitemus modos, *Forma, secundum quibus tormenta infligi solent, illos tanto numero, diversas apud Gentes longe ab hinc crevise comperimus, ita ut quam præ-* in illis enumerandis longe facilius initium quam finem as xis torture sequi detur. Unde & B. Dn. Græv. vere dixit, *plura esse instituenda tormentorum genera quam corporis humani membra;* Sexcenta enim Lib. i. cap. 4. de Tor. nominatus Autor refert ingeniosa hujus carnificinæ instrumenta; quæ tamen brevitatis studio, silentio transeo & hoc tantummodo dico, quod si impossibile sit, hunc irreligiosum extorquendæ veritatis modum, ex Foris Christianorum rejicere; ut tamen Judices, quibus adhuc Christianum peccatum est, eo respiciant, quo ita tortura miseris applicetur Reis, ut postea si innocentes *Ita tortura inveniantur, salvi evadant, atque viatum & amictum sibi instituenda suæque faintiz acquirere valent,* l. 7. l. 10. l. 18. ff. b. tit. Sal. *ut salvi evadant tor-* vus autem ille demum intelligitur, qui nec vitam, nec mem- brum corporis, nec sanitatem, nec vires ad vitam postea *ti.* sustentandam necessarias, amisit. Arator enim vel faber, si fuerit tortus, quis illum dixerit salvum? si ita sub tormentis vires ejus fractæ, ut operis diurnis familiam conservare haud posit. Melius ergo est, ut Judices hic in defectu quam in excessu peccent; Quo vero hac de re securiores esse possint, non statim a prandio, vel post sumptum largiorrem cibum aut potum (quia periculosior pleno ventri est distentio) provolare debent. Ordinem insuper leges Judicii commandant: non enim promiscue a quoconque initium sumendum, sed a suspectissimo, in quo Judex facilime inveniri posse verum crediderit, incipiendum, l. 1. § 2. ff. de que. porro leges stulant, ab eo incipiendum quoque esse

C

qui

A suspectis, qui timidior est, vel teneræ ætatis videtur; præsertim si ~~etiam~~ simis & ti- que gravia indicia contra illos militent, l. 18. pr. ff. b. t. *Un-*
midioribus de liberi prius, quam parentes, foeminae prius quam masculi
incipiendū, torquendæ sunt &c.

S. XI.

Tandem etiam judex suas observare debet partes, si Reus aut crimen confessus, aut sine confessione cruentum hoc examen perperitus est. Primo casu ita Judici procedendum, ut scil. Reus ab eqvuleo remotus, sine ullo tor-
Observe- mentorum apparatu interrogetur, siveque exploretur, num ones que in illa confessione perseveret, num vero eandem recantet? dam circasi extra vincula ac dolores constitutus, illud, quod sub torturam mentis confessus est, asseveret condemnari potest, modo notanda, circumstantiis assignatis veritas confessionis confirmetur.
Si vero confessionem sub tormentis factam iterum, doloribus exemptus, retractaverit, iterari potest quæstio; quæ si altera vice Reo extorta, eodem modo, quo mox dixi, absque tormentis examinandum est; Quod si iterum recantaveris, tertia quoque vice in illum tortura decerni solet. Si vero post tertiam vicem dicta sua reclamet non iteranda, esse tormenta communior & receptionis DDrum opinio est; quia ab infinito natura & Jurisprudentia abhorrent. vid. Brunnermann, in Comment. ff ad l. 16. §. 2. b. t. Secundo ca-
su vero si constanti & immodo animo crimen patrasse inficias iverit, nec illum dimittere potest Judex; repeti namque posse quæstiones Divi fratres rescriperunt l. 16. pr. ff. de quæst. Hoc vero ita restringendum, si noua superveniant indicia vid. Clas. § fin. quæst. 64. Farinac. quæst. 38. num. 88. Pri-
ora vero indicia hic non attendenda esse puto, quia per torturam purgata. Ideoque plane nova indicia hic requiri-
runtur, quæ non tantum a prioribus specie diversa, sed et-
iam per se ad torturam inferendam sufficientia sunt, præser-
tim

CHRISTIANORUM PROSCRIBENDA.

19

tim cum tortus pro se novam præsumptionem innocentia ex tortura consecutus sit, l. 18. §. 1. de quaest. De repetitione plura non addam; si enim nova emergant indicia post torturam, super iis instituenda inquisitio, examinandus quoque inquisitus, audiendi sunt testes & tunc denique causus de novo ad Collegium Juridicum transmittendus, ut illud cognoscatur, an nova indicia ad torturam sint sufficientia, nec ne. Post ter vero repetitam torturam haud facile resumuntur; sed tunc, sicuti plurimorum DDrum sententia est, *Qui torturam perpeſſum pribilque confessus à criminis non ab instantia foſtum absol- vendus est.* illum puto absolvendum esse, non ab instantia, sed ab ipso crimine l. 4. C. de Edend. l. 7. de Accusation. l. 3. §. 1. de Prævaricat. l. 4. §. 1. ad L. Fal. de adult. l. 47. de O. A. l. 5. de pen. Putant quidem alii, ejusmodi Reum tantum ab instantia absolvendum esse, vel ut ipsorum verbis utar, rebus sic stantibus dimittendum esse, datis fidejussoribus de Judicio sibi quoties se sistere jussus fuerit. Sunt & alii, qui sub re promissione Reum dimitunt, ita ut data dextra Judicio sibi sub persona convicti promittat. His tamen non obstantibus contraria sententiam veriorem esse puto, quia adhuc non probante Reus pure absolvendus l. 4. C. de Edend. verbum vero *absolutionis* in rebus dubiis *absolutionem* potius a crimen, quam ab instantia significat. Deinde etiam si ab instantia tantum absolveretur Reus, semper de salute sua incurvus & anxius inter spem metumque penderet, quod tamen durum & inhumanum esset. Unde etiam Alciatus Vir maximus ad l. 233. ff. de V. S. errare scribit illos Judices, qui, si Reum convincere nequeant, eum Rebus sic stantibus absolvunt; ut quandocunque si vel minima conjectura exsurget, illum in carcerem iterum detrudere possint. Adjicenda videtur quoque l. ult. ff. de Calumniat. ubi servus tortus absolvitur non rebus sic stantibus, sed ab ipso crimen: si enim ab instantia duntaxat absolutus fuisset, non quærri de calumnia Accusatoris potuisset. Denique ejusmodi crimi-

C 2

nis

nis, cuius quis semel accusatus est, non potest iterum accusari, nisi novus Accusator suum dolorem persequatur, simulque doceat, prævaricatione prioris Accusatoris Reum ab solutum esse, l. 7. §. ult. iudem. ff. de Accusat. l. 3. §. 1. ff. de Prævaric. l. 4. §. ult. ff. ad L. Jul. de adult. &c.

§. XII.

De corpore Coronidis loco Judex, quædam adhuc circa torturam delicti, an observare debet. (1.) Quod de corpore delicti, antequam tequam ad de tortura queratur, constare debeat. In occultis vero torturam delictis DDres admittunt validas præsumtiones. (2.) Non provolantandum hic quoque, quod soli Reorum confessioni haud dum, con credendum, si nulla probatio religionem cognoscentis inflare debet. Struat, Zinger. cap. 5. num. 69. Præstat enim in dubio decem nocentes dimittere, quam unum innocentem, confessi Soli Reorum sum tamen, condemnare. Unde etiam est, quod commun confessioni niter, in ejusmodi occultis delictis, ubi de corpore delicti non est certe, non certo constat, facilis lapsus fieri soleat, præfertim in dendum. crimen Magia; de cuius existentia, an nempe revera detur, jam non sollicitus ero; sed potius remittam curiosam lectorum ad Excell. Dn. Präsid. *Dissert. de Crim. Mag.* Hoc tantum hic monebo Judicem, ut si ita in præjudiciis hæret, & tot præconceptis opinionibus obsecratus sit, ut veritatem hujus rei agnoscerre haud queat; solum legat verba B. Brunnemann. in *Comment. ad l. 1. ff. de quaest. §. 6. & 7.* ubi dicit, suspicor & ego, ob crimen Magia multas innocentes foeminas concremari; ex infirmioribus enim argumentis torturæ subjiciuntur, unde metuendum, ne multæ præferant mortem ulterioribus tormentis, præfertim cum sub tormentis interdum pereant. Utendum itaque in hujus criminis vindicta, Judici ratione, nec ita ad torturam proferendum; multo minus tamdiu in tormentis detinendz sunt misera foemina, donec ex dolorum impatientia tandem illis

illis falsa confessio extorqueatur. (3.) Observandum quoque quod a tormentis non sit incipendum, *i.e.* *C. de quaest. l. i. ff. de quaest.* ideo enim inventa sunt, ut veritas, quæ aliter haberi non potest ex illis inclarescat; unde & cæterarum probationum quasi subsidiaria vocatur, vid. Gometz.

Tom. 3. Resol. cap. 13. num. 29. Carpzov. quaest. 119. num. 6. Sive *A tormento* aliter extorqueatur confessio, nullius momenti illa est; *tis non est* Judex quoque, qui non servato ordine aliquem tormentis incipiendū subicit tenet reparare & satisfacere Reo, de damno, de alias *con-* *injuria, de doloribus, de sumtibus & denique de aliis in-* *fessio extor-* *commodis.* Capitali etiam Judicio, judex Reum dolose *ta, pro nul-* *torquens & in tormentis enecans, subjiciendus est, vid. la habenda,* Carpzov. *Pr. Cr. quaest. 127. num. 3.* Nec urpheda obstat agen- & Judex di torto, quia uti tortura, ita urpheda nulliter quoqua *a insuper pu-* *Judice exacta:* Quo vero hoc periculum effugiat Judex, pe- niendus. ritorum consilia adhibere debet. (4.) Etiam addendum, quod Reo ante torturæ executionem, communicanda sint indicia, licet hoc non petierit, & videndum, an illa, dato termino ad perlustranda Acta, possit refutare sive elidere, *Ante tortu-* vid. Anton. Matth. *lib. 48. tit. 19. cap. 4. num. 3.* Quod requiri ram Reo situm tamen moribus magis, quam Juri Rom. Iuos natales communi- debet. Jure Rom. enim testes palam & præsente Reo exa- canda sunt minabantur, unde non opus erat communicatione; quod *indicia, an* vero fecus est moribus, unde hic necessario communicatio illa elidere indiciorum observanda; solent equidem Judices hic caute- possit. *la loco, Reo indicia denegare, ne processus inquisitorius* difficultis reddatur; vel etiam Decretum de torquendo non palam interponere, ne appellandi occasio Reo detur & ita sumptus Processus multiplicentur: Sed inquisitima hæc est cautela, quæ Reo proficidunt defendendi occasionem, unde B. Brunnem. Judicem bene monet, ut consulat peritores, si ex justis causis appellationem Reo denegare velit, ne ali-

as, si propria autoritatem hoc fecerit, de criminis Syndicatus periclitetur, vid. Proc. Crim. cap. 8. m. 5. §. 39.

CAPUT II. TORTURÆ MORALITATEM ET INJUSTITIAM CONTINENS.

S. I.

Sic aspirante Numinis gratia absolvvi torturam & ejus præxin, quatenus Legibus ciuilibus & moribus approbatur. Nunc vero illam ad Legis Nat. ac fænæ rationis normam examinabo, ubi videbimus, quod indigna & refutata perlevia sint argumenta, quæ, pro stabilendo hujus carnificinæ usu, ab illius fautoribus in medium proferuntur. Ut itaque illud, quod jam dixi, demonstrem; præcipua, quibus impugnatur ac plane convellitur funestum hoc de tortura placitum, lustremus argumenta illorumque simul quibus alii id fructu tueri conantur, debilitatem pro pagina angustia detegamus. Inter argumenta vero, quæ exitiale hoc de quæstione documentum summopere dissuadent, in fronte hic sece offert summa ejus injustitia atque aperta iniquitas, quam omne torturæ exercitium, secum portet necesse Primum est. Certissimum enim est & ex antea jam dictis patet, argumentum torturam esse medium inquirendi in crimen, quoad ejus contra tortorem haec tenus dubium & incertum: Jam vero & ab alteraturam pura parte non minus exploratum est, miseris Reos, de quignans de-hus an fontes, an vero infontes sint, nondum constat, in sumum est omni torturæ exercitio certissimus & indubitatis excarnificab iniqui-ti cruciatibus. Poena itaque potius incerti criminis dicentia ejus, da, quam medium inquirendæ veritatis; quia omnis corporis cruciatus, etiam si antecedentiam inferatur, poena est, Anton. Matth. ad Tit. de quæb. cap. j. Verum enim vero omnis

omnis poenæ, si justa esse debeat, convictum Reum vel orimen verum, ad quod coercendum adhibenda, presupponit; Cum vero, dum ad torturam quis abripitur, crimen dubium plane adsit, ideoque ratione istius, qui tantum suspectus est, revera crimen dici nequeat; Quo itaque æquitatis fuso, quo rationis colore, crudelissimum hoc de tortura dogma, quo scelerum incerti Autores, non modo certissimis, sed & plerumque longe severioribus, quam si revera convicti essent, poenis subjiciuntur, defendi posit, ego haud video. Duplici vero modo hanc torturam potissimum fallacem ac erroneam sepe numero compertam fuisse, plurimorum Sæculorum Scriptores memoræ prodiderunt. Primo, quod haud pauci, qui criminis verè Rei, forteriter omnem torturæ ferociam perferant, atque ita quantumvis fontes, nihilominus legitime per illam absolvantur. Secundo, quod contra homines innocentissimi, crebris facti & fraudibus miserrimum in modum opprimantur, atque iniquissime, ob confessionem vi extortam, ad mortem rapiantur.

§. II.

Quod itaque primo multi vim questionis omnem, multa non constanter perpesi sint, nihilque confessionis ediderint, licentes pati-
cet postea superadventientia indicia illos nocentes demoni enter toriū.
straverint, in aprico est. Ipse etiam JCtus hoc, L. I. §. 23. ram susti-
ff de ques. candide fatetur, dicendo: plerique patientia sive nent nibilis
puritia tormentorum, ita tormenta contemnunt; ut expri- confitentur
mi eis veritas nullo modo queat: alii vero sunt tanta im- & sic inju-
patientia, ut quodvis mentiri, quam pati tormenta malint; ne absolvi-
ita fit ut etiam vario modo fateantur, ut non tantum se, tur.
sed etiam false alios criminentur. Sunt verba ipsius JCti
in d. l. Quibus B. Brunnem. suam opinionem adjectit. in.
Procrif. Crimin. cap. 8. m. 5. num. 12. dicendo: Quæstio sane est

res

res dira, corporisque hominum admodum nociva & quandoque lethalis est, nihilque tam crudele & inhumanum, quam hominem ad imaginem Dei conditum tormentis lacrare & quasi excarnificare; prasertim dum Judex post torturam non potest certior & securior de criminis confessio, in conscientia esse, quam ante torturam erat; qui mentiuntur, qui pati possunt, mentiuntur quoque qui pati non possunt. Exempla multorum pasim extant, qui delicta commissa non sunt confessi: Refert enim Tacitus Lib. 4. Hispanum illum, qui Pisoem necaverat, concios edere adactum, in mediis tormentis magna voce clamasse: frustra se interrogari, nec ullam vim talem dolorem proferre, ut veritatem eliceret. Quam pertinaci quoque animo Epicharis mulier libertina, quam Nero, ratus muliebre corpus impat dolori esse tormentis dilacerare jussit, spretis omnibus dirissimis questionum cruciatibus omnia pernegavit, quæ rogabantur, vid. apud Tac. Lib. 15. Sed quid exemplis, jam quedam inter temporis antiquitate pene deletis, recitandis me detineo; lorum, qui testimonia enim hujus rei etiam in Patria mea obvia fuere; torturam, & Ante aliquot annos enim Colbergæ honestus quidam Vir, perpessi, in suspicionem, ac si propriam uxorem occidisset, incidens, sic iniuste à tortura subiciebatur, nihil tamen sub dirissimis cruciatibus criminis absoluimus, confitebatur; hic vero si nocens fuerit, iniuste ob perpetuam torturam absolutus est: Si vero innocens, qualem iste miser & adversus quem, ob injuriam sibi illatam regressum sumere debet? Vider ergo Judex, quod frustra Reos indicis gravatos, questionibus dari curet, & quod nec quicquam, hac tortura praxi vindictæ publica consulatur, cum, nulla expressa per tormenta confessione, etiam juxta leges civiles haud puniri possint Rei: Imo vero vindictæ publicæ hoc in casu potius resisti, atque obicem ponii, quis non cernit? quando quidem ter tortus & nihil confessus absolvendus, & quidem non modo Jure Romano.

Exempla *quædam inter* *temporis antiquitate* *pene* *deletis*, *recitandis* *me* *detineo;*
lorum, *qui* *testimonia* *enim* *hujus* *rei* *etiam* *in* *Patria* *mea* *obvia* *fuere*;
torturam, & *Ante* *aliquot* *annos* *enim* *Colbergæ* *honestus* *quidam* *Vir*,
sic *iniuste* à *tortura* *subiciebatur*, *nihil* *tamen* *sub* *dirissimis* *cruciatibus*
criminis *ab-* *confitebatur*; *hic* *vero* *si* *nocens* *fuerit*, *iniuste* *ob* *perpe-*
tuam *torturam* *absolutus* *est*: *Si* *vero* *innocens*, *qualem* *iste*
miser & *adversus* *quem*, *ob* *injuriam* *sibi* *illatam* *regressum*
sumere *debet*? *Vider* *ergo* *Judex*, *quod* *frustra* *Reos* *indi-*
cisi *gravatos*, *questionibus* *dari* *curet*, & *quod* *nec* *quic-*
quam, *hac* *tortura* *praxi* *vindictæ* *publica* *consulatur*, *cum*,
nulla *expressa* *per* *tormenta* *confessione*, *etiam* *juxta* *leges*
civiles *haud* *puniri* *possint* *Rei*: *Imo* *vero* *vindictæ*
publicæ *hoc* *in* *casu* *potius* *resisti*, *atque* *obicem* *poni*,
quis *non* *cernit*? *quando* *quidem* *ter* *tortus* & *nihil*
confessus *absolvendus*, & *quidem* *non* *modo* *Jure*
Romano.

Romano ad instantia, sed & ab ipso crimine, ut aliqui putant.

§. III.

Secundo quoque per torturae praxin innocentibus pluri
rimi opprimuntur, ac perquam inique ad mortem respi-
nuntur: quod etiam confirmat Sulpit. Vičt. in Inf. Orat. dicens:
miserrime, proh dolor! per funestum hoc exercitium op-
primuntur mortales, cum tormentis dirissimis, ac plus quam belluinis, adeo excarnificantur, ut crimen aliquod, ac plus quam fortassis ne quidem unquam illis fuit cogitatio, se-
cujus commissione mentiri, atque ita torti mendacio, suis cra-
ciatiibus finem querere necesse habeant. Insuper quoque postea miseri mortales ita prius sub tormentis oppressi, tandem iniquissime ad mortem condemnantur, & sic po-
stea unum absurdum sequentur plura; Miseri enim mor-
tales subitanea morte potius perire, quam recantando su-
am confessionem, iterum ipsa morte longe diriores tor-
mentorum cruciatus subire, satius ac lenius ducant. Quod & Cicero Lib. 2, ad Herenn. confitetur, dicens: dolorem fugientes multi in tormentis saepe ementiti sunt, morique maluerunt falsum fatendo, quam inficiendo dolere. Ipse Beat. Græz. suo tempore jam exclamavit: Ah! quantus eorum numerus, quamq[ue]gens eorum turba, quorum innocentiam crudelissime opprescit tortura. Certe tam frequentes olim ubivis locorum, hi fuere & adhuc hodie sunt abusus, ut vix describi posit. Seriem vero, illo-
rum per hanc immanem torturam, oppressorum, hic trans-
scribere, nimis arcti, quibus inclusus sum, limites hujus Dissertationis respiciunt. Videbis hac de re Valer. Max.
lib. 8. cap. 4. P. Hoffr. lib. 10. Hislor. Belg. Græv. in Trib. Refor.
lib. 1. cap. 6. lib. 2. cap. 4. Add. Just. Oldenkopp. in Observ. Crim.
in fin. ubi dictus Autor Appendicem exhibuit, in qua 42.
exempla illorum refert, qui injuste torti, dolori cedentes

D

delicta

Extorta, confessione multi innocentem condemnatur ad mortem.

delicta non perpetrata confessi; & sic innocentes ultimo supplicio affecti sunt. Ipsa quoque S. Scriptura ejusmodi sanguinolentum Processum detestatur atque abominatur; Sanguis enim innocentem effusus clamitat vindictam coronam Deo Apocal. 6. 10. Et quam anxie quoque innocentis sanguinis effusionem inhibitam vid. apud Jerem. cap. 7. v. 6. Ipse quoque Deus T. O. M. dicitur odisse & abominari illos, qui innocentem effundunt sanguinem Proverb. cap. 6. v. 15. & 10. Cui itaque bona rei amabo infernit cruenta haec quaestio? decernitur procul dubio eum in finem, ut de delictis hactenus dubiis, plenius instruatur atque certior reddatur Judex; Ast quid certitudinis judicantibus adferat res, quæ (fatentibus ipsis JCts l. i. §. 2. ff. de quaest.) fragilis & periculosa est, ego haud percipio; Hinc potius judio, quod certa notitia haud instruere possint judicem tormenta fallacia, præsertim quia sub illis mentiuntur qui pati possunt, mentiuntur etiam qui pati non possunt; & sic illi patientia aut obstinatione superant tormenta, hi vero infirmitate & crudelitate tormentorum superantur. Hanc itaque miseriā Augustinus intuens, in hæc verba prorumpit: quid est intolerabilius, magisque plangendum, & si fieri posset, fontibus lacrimarum, quam quod propterea Judex torqueat accusatum, ne occidat nefcens innocentem; sit vero per ignorantia miseriā, ut & tortum & innocentem occidat: quem, ne innocentem occideret, torserat. Vix ristima sane verba! quæ, utinam cuiusvis Judicis menti in fixa hæcerent, ne tam ternerè, ad quamcunque per tormenta expressam confessionem, tot miseri mortales ad immeritam mortem abriperentur.

Judex de crimine commissio non potest torturam quam ansea erat.

Mentiuntur qui pati potest, menteantur qui non potest, pati.

§. IV.

Torturam porro cane posus & angue, in omnibus bene constitutis Rebuspubl. fugiendam esse, insignia inevitabiliaque mala, quorum illa certissimum formæ est, sva- dent.

dent. Ecce enim quæstionem, paratisimum omnibus *Quæstio* ^{sa}
Tyrannis, summa sub injuritiae specie, insubditos sevientibus *Ty*-
di medium. Nunquam enim Tyranno ficta & subornata rannia pra-
-decurrunt argumenta, quibus illos, quos suæ lævitiae ele-
-bei occasio-
-gerit objectum, juxta leges tormentis subjicere, miseros-
-nem sub
-que sub egregio æquitatis prætextu, dirissimis cruciatibus specie *justi-*
-percutere poterit. Exempli loco hic prodeat Tiberius, *rie in sub-*
qui ad mortem damnatis, & ut loco torturæ sibi mori li-
-ditos sevi-
-eret potentibus, respondisse fertur: *se nondum ignoruisse, endi.*
& sic mortem tandem quasi muneric loco concessit. De-
-nde etiam non tantum summis imperantibus, sed etiam
-omnibus potentioribus simul ac privatis, planissimam, sua
-scelera tute explendi, immanis tortura parat viam. Po- *Potentiori-*
-tentioribus enim, qui forte imperium Tyrannidemque *bus in qua-*
-affectant, vel etiam aliis fallaciis se potentiores ditiore*cung. Repb.*
-que reddere student, in promovendis suis desideriis e. *præbet viam*
-gregie operam navabit hæc bellua: Quos enim sibi gra. tortura in-
-ves suisque conatus obicem ponere vident illos fictis a-
-liquibus indicis suspectis redditos ab torturam abripi cu- *& libi invi-*
-rabant; ubi tunc nullus expectandus dolorum finis, nisi sis nocendi,
-ut per objecti criminis confessionem ad mortem condem-
-nentur miseri de *Republ.* optime sape meriti. En itaque
-paratum medium, legitimate ac sub pallio iustitiae, ab ini-
-micorum gravi præsentia, se liberandi. Memorabile
-hujus rei exemplum nobis suppeditat *Quæst. Curt. lib. 5.*
-in Cratero ac Philota: Cum enim a gravi Philota præsentia *Exemplum*
-se liberare moliretur Craterus, nihil expeditius excogi. *Crateri qui*
-tare potuit, quam ut Philotam Regi Alexandro M. pro per toru-
-ditionis suspectum redderer, quo per tormenta fictum ram a gra-
-crimen extorquendi occasionem naclus, ipsum è medio vi præsentia
-tolleret; nec illum se felicit quoque exitus, sed potius, licet Philota se
-impie, tamen dextre se ab æmulo suo liberavit Craterus, liberavit.
Apud Pontificios etiam hæc quæstio optimum adhuc re-

Apud pon- medium est, a piis & probis viris quibus illorum fraudes tifios tor- & fallacia nam in religiosis, quam in aliis rebus seculari-
tura est o- bus nota sunt, sese liberandi ; aut enim illos de crimine
ptimum re magiz suspectos postulant, & postea dirissimis tormentis
medium subjiciunt, ut sic tandem, extorta propria confessione, illos,
Viros pios sub specie justitiae ad mortem condemnare possint. Et
& probos itaque optimum inquirendæ veritatis medium. Denique
& Patribus etiam B. Dn. Grav. in Trib. Reform. satis demonstravit, quod
invisos sub & homines privati parem subinde injustitiam exercere
pretextu possint, dicit enim lib. 2. cap. 3. corradere facile poterat aliquid
hereticos & malignorum hominum ingenium, quo torturam in Adver-
magie è sarcum apud Judicem Impetrat : Commodam enim facino-
Republ. tol- rois suppeditat occasionem, scelerum quæ ipsi commis-
lendi.
runt pñas, in alios innocentes derivandi : Exempli loco
Et privari hic refutram illud, quod mihi Ultrajecti a Viro doctissimo,
privatis de futoro quodam viro innocentissimo narratum est; hic
quoque per enim, ex falsa latronis alicuius nominatione in carcere
torturam conjectus, objectique criminis culpam vi metuque doloris
nocere pos confessus, & sic denique tristi suppicio, coram oculis la-
tronis subjectus est: Peracto hoc spectaculo in cachinnos
solutus latro, satis alta voce exclamavit, annon tibi misér-
rime futor pulchre, prout jura veram rependi? Attoniti
hanc rem audire Judices, quibus interrogantibus quid
hoc rei, sceleratissimus respondit latro ; se aliquando huic
futori, quod par calceorum gratis sibi dare denegasset, pes-
sima quæque minatum, & nunc denique illius injuria vin-
dictam pulchre satis perfecisse. Quo postea factum, ut il-
lius loci ita torturam restrinxerint, ut jam quasi in totum
sublata videatur.

§. V.

Illud quoque tortura incertitudinem ejusque pro-
inde imperfectionem non obscure arguit, quod in plerisque
torquendi modis, tormentorum dolores exasperare & re-
mittere

CHRISTIANORUM PROSCRIBENDA.

29

mittere in solius carnificis potestate sit: Ille enim pro Carnifex Iubitu Reos, vel majoribus vel minoribus affligere potest hic Judic⁹ anxietatibus, ut vix imo vix Judex discernere queat, num in applic⁹ severo, num vero mediocriter tantum torqueatur Reus. *candis instrumentis* Quapropter quandoque contingunt, ut Carnifex, aut num- *fucum faciat* corruptus aut quacunque alia ex causa, externo appa- *torquere* fucum ferit; ut & ab altera parte, aut ab alio conductus vel ex alia ratione serverissime illum puniat, quem tantum leviter torquere simulat. Quia itaque Carnifex utroque modo fucum facere potest Judici, satis exinde appareat, pa- rum certitudinis ac fiduciae Judici, quod Reus sub tormentis confessus aut confessus sit, emergere posse. Mili- tatus quoque maxime contra questionis ulum, quod ipsiſimo Juri Nat. exinde vis inferatur; illud enim dictitat, quod unusquisque justis, & ad sui defensionem, conduceantibus mediis uti, atque sic per consequens vitam suam defen- *Juri Nat.* dere possit; Et cum sic consenserit ferme omnium populo- *per tormentum* rum defensio sui adscribatur Juri Nat. quid quælo aliud *tavia infer-* est, compellere mortales ut per propria facta sibi exitium tur- quærant; quam funditus extirpare decantatum illud Ju- ris Nat. principium, *sui defensionem nemini esse prohibendam*. Miseri enim Rei sub tormentis in sui perniciem id supple- re adiunguntur, quicquid certitudinis adhuc ex testium aut argumentorum penuria, ad illos condemnandos Judici deest, & sic dum propria sua confessione contra se pu- gnare coguntur, sui ipsius proditores torti constituuntur. O orem immanem! siccine cum Christianis proceden- dum? B. Dn. Græv. in Trib. Reform. lib. 2. cap. 2. recte docet, quod in civilibus iniquum sit a Reo confessionem, quasi gladium ad illud jugulandum, exigere; domo enim ad- *Sui ipsius ferre intentionem & instruclum ad Judicem venire o-prodigior portet actorem: quanto vero majori jure, iniquum illud Reus consti-* quis *tuitur.*

D 3

quis exclamat placitum, quod in criminalibus, ubi de eoriō & vita humana agitur, Actorem a Reo confessionem exigere jubet.

§. VI.

In S. Script. Torturæ quoque praxis exinde vituperandam esse censeo, quos nusquam in nniverso seu Codicis contextu, hujus truculentia veritatis exprimendæ medii, ullum vide-re detur vestigium. Minime vero, ut verbis Anton. Matth. loc. sape cit. utar, verosimile est, si ad veritatem indagandam necessaria esset quaſtio, Deum T.O.M., cui-jus leges, sine scelere, imperfectionis, argui non possunt, tum præclarum inventum prætermisſurum fuſſe. Divina enim vix ferre videtur iustitia, si iustum ac expeditum criminum investigandorum tortura foret medium, a DEO illam in S. Literis silentio fuſſe præteritam: crimina quip-pe pñnis expiari, quoniam adeo necessario divina expo-ſit iusticia, illam Provinciam quoque Judicii seculari tam ſerio mandavit DEUS; hinc certe plus quam probabile e-vadit, si occulta crimina per quaſtione tam dextre le-gitimeque probari, & ſic per conſequens puniri poſſent, in terris iudicaturis, illam criminum puniendorum viam indigitaturum fuſſe Deum. Sed quid dico tantum, ni-hil dicere de tormentis divina folia, nonne tacite ſic ſatis prohibetur tormentorum praxis, dum ubique supremus Legiſlator ia rebus dubiis probandis, ad teſtes & argu-menta, nusquam vero ad torturam terrestres relegat Ju-dices? Adducitur quidem a nonnullis pro defendenda quaſtione, palmarii instar argumenti, potio amara ac ma-ledicta de qua *Num. 5.* iñicitur mentio: aſt illam toto cæ-lo a tortura diſtinguam fuſſe, demonstratu per facile eſt. Eibenda enim dabatur mulierii adulterii ſuſpectæ eum in-finem, ut aſſumta hac potionē mulieris venter intumeſceret, ſimulque exinde pro commiſſa facinore, cruciatibus

non

*Deus in reb.
dubia prob.
judicem re-
legat ad te-
ſtes & ar-
gumenta,
unde tort.*

CHRISTIANORUM PROSCRIBENDA.

31

non levibus exagitaretur; sin vero criminis insons foret tacite *vidē*
 uxor, nihil omnino doloris aqua amara illi adferret, sed il. *tur probib.*
læso corpore evaderet. Inde multa specialia & a tortura *Resolvitur*
 genio abhorrentia hic notare licebit. Primo quod infallabi- *argumen-*
lis ex hac potionē propinata, aut culpe aut innocentiae ener- *tum a poti-*
serit probatio; unde miraculōsam & supernaturalem hanc *one amara*
suissē probationem, plus satis arguit textus S. Scripturā. Quis *defūsum.*
 vero eo dementiæ procedat unquam, ut torturam, rei dubiæ
 probandæ modum infallibilem pariter dicat ac miraculōsum?
 Certe, quæ ante de quæstione adstruxi, merito me ex-
 clamare jubent cum B. Dn. Græv. absit in tortura sacram
 quid aut miraculōsum suspicemur; absit certum illud at-
 que infallibile ullo modo arbitremur, quod tortura nobis
 de veritate delictorum pandit, *in Trib. Reform. Lib. 2. cap. 1.*
 Secundo, hæc potio solos tantum excarnificat nocentes:
 torturæ vero cruciatus immanisimos, tam nocentes quam
 innocentes perferunt. Tertio, illa quoque inter torturam *Differentia*
 & hanc potionem differentia annotanda; quod hæc non, nisi *principue*
 in solo adulterii crimine investigando adhibita fuerit, illa *inter tortu-*
vero in quovis delicti generē adhibetur. Quarto, potio a- *ram & po-*
mara non erat solus adulterii probandi modus; sed & simul *tionem a-*
nocentibus justa pena, quod fecus in tortura est; ubi *marā re-*
cruciatus communiter non habentur pro pñna, sed dete- *censentur.*
ctio demum crimine ad facinoris poenam itur. Alii ad as-
 serendam torturæ praxin producent argumentum est *Ad.*
22. v. 24. & 25. ubi Apostolus Paulus, ad exprimendam ipsi
 veritatem jamjam loris cedendum, non ideo deprecabatur
 quæstionem, quod injusta foret, sed hanc solum ob cau-
 fam, quia Civis romanus erat, quem, ut in primo Cap. de-
 monstratum est, Leges Civilis non facile torqueri per-
 mittebant. Sed Rep. Paulum Apostolum quæstionem si *Resolvitur*
 ve torturam, quæ tunc temporis tam altas in Republica *arg. a Paulo*
Romana jam egerat radices, tanquam injustum modum *defūsum.*
proce-

procedendi, non deprecatum fuisse, haud esse, quod admirum. Noverat enim Paulus se parum profecturum in alleganda juris iniquitate superbis illis Romanis, qui (testante Cicerone Lib. i. de Orat.) arroganter sibi persuadebant, quod omne jus præter Romanum, ridiculum & inconveniens esset. Ast mihi quendam regerenrem audire videor, quosum isthac demonstratio scil. in S. Literis nullum reperiri torturæ exemplum; ideoque quia S. Scriptura de illa conditescit, quæstio ex nostris exturbanda est Judicis? Multa enim pro diversa Reip. forma, admitti præcepta, quæ in alia non obtinent, non raro postulat necessitas. Unde etiam est, quod multa in Judicis nostris recepta, quorum in S. foliis ne verbulum quidem reperiatur. Sed facilis his similibusque object. responsio est. Non equidem inficior, pro diversa regiminis forma varias quoque condendas esse leges; verum tamen nulli Populo & præsertim Christiano integrum est, in suam introducere Remp. tales leges, ex quibus æquitas illa ac justitia, qua cuncta a DEO olim latè leges nitebantur, exulat. Hinc non ideo exstirpandam suadeo torturæ praxin, quod nullo S. Scripturæ textu suffulta sit; sed ideo illam non admittendam esse concludo, quia nihil penitus in tortura conspicuum est, quod vel umbram veræ illius justitiae aut genuinæ æquitatis, quam in omnibus præceptis divinis observare licet, sapit.

Tormenta non ideo ex foris nostris exstirpan da, quia il lorum in S. Scrip. nulla fit mentio, sed quia æ quitas Christiana in il lio exulat.

Hoccine enim B. L. æquitatem indicat, pleætere quempiam, quem modum constat fontem esse nec ne? Hoccine justitiam sapit, noxios impunitos dimittere, & contra innoxios morte punire? Hoccine rationi naturali consentaneum est, homines ad sui ipsius cædem constringere? Quæ omnia & longe plura in torturæ praxi involvi, jam satis demonstratum dedi.

Tandem

§. VII.
Coronidis loco duo sese offerunt, quæ præ ceteris tortu-

torturæ praxim Christianis suspectam admodum atque in- *Probatur*
visam reddere debent. Primum est, quod ab hominibus quod Christianis
gentilibus primitus ortum duxerit, & per illos, quasi per sianos non
traducem tandem ad nos delata sit hæc ferina inquisitio: debeat ex
Quamvis enim Romani præ ceteris quidem sui temporis duabus casu
Pepulis æquitati maxime studerent; gentilem tamen ac si torturam
severiorem illorum animum luculenter satis comprobat in suas ad-
vel unica eorum usitata consuetudo, qua quondam homines bibere *Fo-*
sollenni spectaculo se se mutuis vulneribus transfodere in- *ris.*

Citabantur, sanguineosque ejusmodi lusus non modo Ma- *Prima est*
gistratus permisit, sed & mortales, spe præriorum, ad quod a se-
belluina hæcce invitavit exercitia. Alterum, quod homi- *rociорibus*
nibus religiosis suspectum reddere debet quæstionis exer- *ortum*

citium, hoc est: quod Romani, quantumvis ferocior, traxerit.

ut probatum, indolis, in mancipia primitus torruram tan- *Secunda est*
tam institerint, neque unquam facile liberos homines, si quod licet
ve Cives Romanos, tormentorum cruciatibus subjici vo- *Romani se-*
luerint. In servos itaque solos, quoniam ab initio adhibue- *rociорis in-*
rint quæstionem Romani; nonne hinc satis indicii exsur- *dolis essent,*
git, illos ipsos satis vivide jam perpensisse torturæ inqui- *tantum in*
tatem? mancipiorum vero apud illos tam misera ac de-servos pri-
plorabilis erat conditio, ut juxta illorum Leges nulla iis mo adhibu-
fieri potuerit injuria § 3. *Infl. de Injur. quadrupedibus assi- erint.*

milata fuerint l. 2. ff. ad L. Aquil. ut & ipsa occidere impu- *Servis nul-*
ne licuerit Romanis. Hæc omnia itaque satis manifeste, la siebat in-
demonstrant, quæstionem, utpote a gentilibus & feroci- *juria.*

bus Romanis introductam, ut & in Mancipia, quæ vix
homines dicebantur, primitus tantum exerceri solitam, *Liberis ve-*
longissime ex tribunibus Christianorum, quibus Evan- *ro homini-*
gelica semper cordi esse debet mansuetudo, proscriben- *bus si inju-*
dam esse. Sed vereor, ne ita, ut suo tempore jam Lud. *ria, si inju-*
Viv. in Comment. ad Aug. de Civit. Dei monuit, conqueri *bet orquen-*
futuro tempore cogat: Christianos homines tam mul- *tur, ergo*
tagen. *inde concili-*

datur quod ta gentilia, & ea, non modo charitati & masuetudini christia-
tura ex næ contraria; sed & omni humanitati repugnantia, mordicus
Foris Cibri. tanquam religiosissima retinere,

flianorum

longissime

sit proscriptio-

benda.

§. VIII.

Absolvimus itaque argumenta contra torturam pu-
gnantia, nunc lustranda quoque veniunt illa, quæ pro
defendenda ejus Praxi adduci solent. Primum verò, quo

defendi solet, argumentum, usus longævus atque invento-
rata apud tot Populos consuetudo est. Ante ipsius urbis
Romæ cunabula enim, apud Athenienses Rothiosque (a
menta, que quibus non exiguum suarum Legum Romani mutuarunt
& dissentientem partem) hic veritatis investigandæ modus jam invalidit;
enibus pro quia vero longa consuetudo non minorem quam ipsa lex
defendenda continere debet vigorem *l. 33. ff. de LL.* hinc illi torturam,
tortura pro utpote tam antiquitate, quod tot populorum consensu
poni solent, corroboratam necessario tanquam legem in Rep. esse fa-
cilitandam, acriter contendunt. Ast, quis non videt in-

firmitatem hujus ab antiquitate desumpti argumenti? legi
autoritate, munitam esse debere, consuetudinem, haud infi-
cior ego; accarem ut aliquid vera consuetudinis insigniatur
nomine, & per consequens. Legis virtute donetur non
sola antiquitas, non actum frequentia, nec solus multo-
rum Populorum consensus sufficit; quia Errantium mul-
titudo non relevat aut corrigit erroris turpitudinem, nec
malæ causa justitiam multorum patrocinio purgant. Sed
rationabile insuper nulloque errore primitus introductum
esse oportet illud, quod vera consuetudinis meretur ti-
tulum *l. 39. ff. de LL.* Malæ vero consuetudines neque
ex longo tempore, neque ex longa consuetudine confir-
mantur, *vñ. Nov. 134.* Siquidem itaque teste Imperatore,
rationabilem nulloque errore introductam esse decet con-
suetudinem, ut legis autoritate gaudeat; sequitur omni-
no hanc summe rationabilem, gravissimoque errore in-
trodu-

trudicium torturam, consuetudinis nomine indignam esse. Aliud quoque, quo tortura defenditur, ex Justiniani aut alterius Principis Rom. auctoritate, elicetur argumentum. Inquit enim hujus sanguinolentæ carnificinæ fautores: quemadmodum & alia in Juri Rom. sacraria instituta, apud nostrates legum gaudent autoritate; ita & hoc de quæstione placitum, tanquam a Justiniano aliquis Imperatoribus confirmatum, legum numero eximere, haud argumentum quaquam imperatoria illorum legislatorum finit Majestas, tum ab ob-
ligatione Sed debile me hercule! ac imbecille pro funestis tormentis hoc argumentum est: Notum enim, quod nullus Princeps, penes quem in terris residet Majestas, alterius majestatis legibus obediens, necessum habeat; Et quia sic quilibet Principum hodie id potest in suo territorio, quod potest Imperator in Imperio; sic quoque exinde fluit, u-
numquemque Imperantem posse leges in territorio suo male receptas abrogare, & quiioresque in illarum locum sub-
stituere.

§. IX.

Acriter quoque pro defendendis quæstionibus a dissentientibus objici solet, quod nempe sine gravissimis Judiciorum incommodis illa Praxis tolli nequeat: quemadmodum enim Reus de cuius innocentia jam constat, absolvendus; ille vero quem criminis solum esse liquet, ad debitam poenam condemnandus: ita etiam medium adhibendum, per quod, aut suspecti innocentia, aut ejusdem (ut barbare loquar) nocentia Judici emergat, iuste que Reus exinde aut absolvatur aut condemnatur; huic autem rei, quoniam luculenter admodum inservit tortura, maxime in Judiciis nostris retinenda videtur. Sic dissentientes putant. Sed nullius momenti hæc objectio est, quis enim non videt torturam esse rem fallacem, periculosam & erroneam, neque post exhibita tormenta Judices Probatur de patrato crimine esse certiores, quam antequam Reus quod tor-
tura equum.

ra si fallax equuleo fuerit impositus. Fatentur utriusque ipsi Adversari inquirende rii neminem aut absolvendum aut condemnandum esse, nisi aut de innocentia, aut de crimen commisso liquido constiterit. Sed quid quæso hic præsidii in suspecti hominis reatu aut innocentia detegenda, adferet tortura, qua adhibita non magis, quam si non adhibita, tranquilla conscientia quæpiam condemnare, vel absolvere poterit et quis Judex, utpote quæ tam crebræ quæstionis fallaciae haud ignarus, rem omnem non modo haud probatam, sed & magis suspectum, quam antea erat, habiturus est? Ex quibus itaque satis liquet, illos gravissime errare, qui supponunt, torturam esse medium, quo mediante suspecti aut absolvi, aut condemnari queant.

§. X.

Dissentientes porro iniquum esse ajunt, ut, quem indicia nonnulla suspectum arguant, ille vel absolvatur, vel condemnetur. Ad refutandam vero hanc opinionem, provoco ad Anglorum, Batavorum aliorumque Populorum mores, penes quos, licet nullus torturæ hodie superficius, tamen nec suspectus pure absolvitur, nec etiam condemnatur: Detinent enim criminis suspectos per aliquod temporis spatum in vinculis & accuratisimam contra illos inquisitionem instituunt, si vero ex instituta hac inquisitione aut de illorum innocentia, aut commisso crimen non sufficienter constet, datis fidejussoribus de Judicio sisti, tamdiu ab instantia absolvunt, usque dum graviora contra illos exurgant inquirendi argumenta. Posset vero hic quis objicere, quod cautio tamen in criminalibus non locum habeat; sed Resp. concedendo, quod non semper locum habeat, ubi verus jam adest, Reus & criminis convictus, hic vero tantum suspectus adest, qui nullo modo convinci potest; Ergo procedendum hic eodem modo, ut fieri solet, quando Reum ob ter perpeccanti torturam ab instantia

*Provocatus
ad refutan-
dam diffen-
tientiam o-
pinionem
ad mores
aliorum
populorum
penes quos
nulla tortu-
ra praxis
superest.*

Sicuti post instantia absolvunt, datisque fidejussoribus de Judicio fisti ita dimitunt, ut data clextra sub pena convicti promittat perpetram torturam. Et denique quid si concedam, Judicem sic Reus, liceat esse coactum, aliquando suspectum & sic fortasse verum vere crimen criminis Reum absolvere; exinde tamen non sequitur, quod ipsi, ut huic incommodo obviam est, ad questionis ab solven- usum, qui obnoxius est tantis fallaciis, provolandum sit. Hoc enim, ut fiat, non patitur illud Apostoli monitum: non esse facienda mala, ut inde eveniant bona. Fungentur itaque magis secure suo officio ille Judex, qui sua iudicia divinis præceptis, quæ nusquam illum violentum hoc examen docent, conformat, & Deo tanquam soli animorum & renium scrutatori, occultos scelerum Autores puniendos committit. Dissidentes porro urgent, quod tam iniquum sit, ut aut suspectus absolvatur, aut condemnetur, adeoque ad hanc provolandam esse torturam. Egregie sane! quasi vero suspectus, qui ad torturam rapitur, non condemnaretur. Dicit enim exp̄s̄ Anton. Matth. ad tit. de queſt. cap. 5. omnem corporis cruciatum, et iamſi ante ſententiam inferatur, poenam eſſe. Quam im- manes vero ac diros cruciatus ſubeat miser sub tortura, non eſt, quod hic rursus operose demonſtrem; certum e- nim eſt, vix ullum tormentorum genus nunc usurpari, quod cum ipſa morte, mille modis non ſit comparabile. En itaque dextrum ac lepidum torturæ inventum, ne quis tanquam ſpectus condemnetur.

§. XI.

Denique hujus carnificinæ Patroni provocant ad extorquentiam, dicendo: quod non una vice, homines facinorosi, expressa iis per tormenta veritate, penas experti ſint promeritas, qui alias, si tormenta adhibita non fuissent, diffidenti- haud puniri potuissent; & sic omnino putant tormenta, by quod per tanquam medium eruenda veritatis certissimum, in qua libet bene conſtituta Rep. toleranda eſſe. Sic illi; ſed loco responſu- amur, quod

responsionis, experientiam experientiaz oppono. Inquiunt enim dissentientes, salutem Reipubl. exposcere, ut homines facinorosi puniantur. Fateor & ego illud, sed contra asserto, Reip. magis interesse, innocentes non excarnificari pñnis acerbissimis, nec morte plecti immerita. Illi deinde ad experientiam, quæ sapius docuit, facinorosos per extortam confessionem iustis affectos esse poenis, provocant: ponitur.

ad quam & ego pro defendenda mea opinione provoco; palam enim est, quod multi, non dicam plurimi, mediante hac carnificina, delicta nunquam commissa confessi, & sic iustis pñnis ac immerita morte affecti sunt. Exempla illorum hic recensere, pagellarum angustia prohibet, hinc curioso Lectori commendando Autores *supra S. 3. hoc Cap.* jam adductos, ubi infinita exempla, iuste tortorum & immerita morte affectorum legere licebit. Ego interim satius esse puto cum Trajan, impunitum relinqu facinus nocentis, quam innocentem damnare *l.s. pr. ff. de pan.* quod insuper comprobat *Genes. cap. 18. v. 23.* ubi Abrahamum, excidium, quod DEUS minitabatur Sodomitis, non aliam ob causam, deprecantem cernimus; quam, quod pauci adhuc in illo Populo supererent probi & pii homines, quibus tum una pereundum fuisse. Deinde etiam parabola Christi: *huc spectat:* ne colligendo Zizania eradicetis simul triticum, sinite utraque simul crescere usque ad messem *Matt. cap. 13. v. 29.* Ad similitudinem itaque hujus Di&iota, Judex salva conscientia decem nocentes, de quorum delictis sibi non certo constat, potius, absolvere, quam unum innocentem torturæ subjicere, & extorta confessione ad immeritam mortem condemnare potest. Ex hisce itaque assertis sufficienter constare autumo illud, quod in rubro hujus dissertationis affirmavi, torturam nempe tanquam rem irreligiosam, injustam, & juri Divino ac naturali contrariam, ex foris Christianorum longissime prescribendam esse.

EER

EER-KRANS

gevluchten vor den geleerden Heer, den Heer
MARTIN BERNHARD,

als zijn Ed. met eene algemeene tœjuichinge, tot Meester in
beide de Rechten verklaard wierd in Hall van een bekand-
ten Vrijnd uit Utrecht.

NA zo veel arbeid ziet me uw' naerstigheit geloond
Uw deugd met heerlkhheit op't desfijste gekroond
Nu word uw hoofd versierd met onverwelkbre blaaden;
Zie hier de vruchten en die schoone pronk-sieraden
Van uwe naerstigheid! Terwijl ge ons toond so klaar
In uwe Reeden-twift, des Piinbancks doods-gevaar.
O slykkelike pijn! o plaag die meenigwerken
De Menssen duizentmal, in plaats van eens, doet sterven!
O reedenlooze vond, van Christ'en noit bedagt;
Maar van het Heidendom zo dwaasslijk voort gebracht.
O Winckel vol van bloed, hoe pijnigd gij'e gewisse,
Der Menssen! En hoe dwingt g'haar om bekentenis
Van eene zaak, waar aan zij vaak onschuld'g zijn!
Zo dat de mens zig self' vermoord door deele pijn.
Ga voort mijn voer ter Vrijnd zo moedig in het strijden
Voor Themis Heiligdom! O wahkre Themis Zoon
Met recht verdind gij, voor uw goeden jever, loon
Met recht behoord ge een reeks van meer dan Nestors jaaren
Te leeven, tot gij word versierd met zilve haaren.
Leef lang! beschermd het recht door uwe zorg en vlijt,
Maak dat ge een Voorpraak van verdrukte Menssen zijt
Verstrek tot hulp aan die benaud zijn, en verlegen,
GOD mak uw tot een doel van al zijn heyl en zeegen.

SÖNNE.

SO gehe denn voran! mein Freund! ich muß dir weichen /
Und da man deinen Fleiß des Vorzugs würdig acht/
Freywillig zu gestehn was ich mir zugedacht.
Wer Lorbeer-Kranze trägt, der führt ein Sieges Zeichen/
Und also muß ich wohl hinsort die Seigel streichen.

Zwar

Swar als das Schicksal uns zuerst zusammen bracht
Und unserer Jugend Trieb die erste Freundschaft macht/
Beslisse ich mich schon den Vortritt zu erschleichen:
Und sekte solches Ziel auch meinen stärkren Jahren/
So oft wir in der Fremd hernach zusammen warn.
Du weist auch wie ich schon den Gradum zu erreichen
Die Anstalt dort gemacht; eh wir nach Holland zogen.
Allein / ich sehe jetzt die Rechnung hat getrogen:
So gehe denn voran / ich muß dir dißmahl weichen.

Allso schrib seinem werthen Freunde zur neu-erlangten
Ehre glückwünshend aus Utrecht zurück

S. P. GASSER, J.U.Cand.

Sat præjudicis certatum: Doctior orbis
Judicis propriis nunc sua bella gerit.
Quæ præconceptis censuris cuncta notabant
Jam prope cesserunt, tempora dura retro.
Quid dicat quisquis docti plerumque videbunt.
Dogmaque decrepuit quod crepat: *αντὸς ἐφε*
Unde fit ut verum, quod dixerat ille latere
In puteo, sensim tollat abinde caput.
Fallor, an hinc etiam fieri persuadear istud,
Quod mala Torturas hac pia charta probet?
Sie est Bernhardi Doctissime! non erat ullum,
Quod mage simplicitas approbet ipsa, malum.
Cur ita? - Nam constat Romanis esse probatum
Queis dicunt nunquam complacuisse mala.
Fas erat idcirco depingere clarius istum.
Justitiae fumum, judiciumque tuum.
Gratulor hoc ipso Tibi nomine, quæque labori
Huic coniuncta capis, præmia fausta precor.

JOH. CHRIST. GRUEL,
Gryphsw. Pom.

* (o) *

DECANUS PRÆSES
NOBILISSIMO DOMINO CANDIDATO
S. P. D.

Noris est in Academia nostra, ut cum infinitæ sint in questionibus juris ob varias rationes alibi fusi expositas dissensiones & opiniones communes contra communes, non solum liceat Professoribus libere sentire, sed & eadem libertas relinquatur Candidatis in disputationibus inauguralibus. Quare & ego eadem libertate Te gaudere lubentissime patior, præprimis cum eandem sententiam, quam propugnas jam anno 1624. Johannes Gravius peculiari tractatu, quem sub titulo Tribunalis reformati edidit prolixius defenderit, & quantum scio, JCTi jam fere per seculi spatium tacuerint, & ejus opinionem nemo peculiari scripto refutaverit, imo celeberrimus JCTus Belga Antonius Matthzi in tractatu de criminibus ad tit. de questionibus cap. 5. doctrinam Grevii, et si ejus nomine suppresso (non, ut puto animo maligno, sed ne opinioni illi autoritate Doctoris Arminiani præjudicium crearet) in summam contraxerit, & judicio suo quod valentiore videantur argumenta, quibus oppugnantur tormenta, quam quibus defenduntur, tantum non approbaverit. Cum vero tota hac disputatio Tua sit, non mea, patieris, ut patris mentem meam de hoc negotio aperiam, ne, quod alias non solet esse infrequens, aliena doctrina tanquam mea allegetur. Iniquam esse torturam & Christianas Respublicas non decentem, corlate assero. Assero etiam, optandum esse ut hic nævus cum aliis plurimis ex Christiana Republica exterminetur, sed in quantum regulæ Prudentiae id permittunt. Utrum vero ita simpliciter consuli debeat rectoribus rerum publicarum Christianorum, ut torturam ad imitationem Anglorum aliorumque populorum exterminent, subsisto. Et cum instituti ratio non admittat, ut plene sententiam meam declarem, faciam id saltem per compendium, & melioris illustrationis gratia simile istud

a

confi-

considerandum propono. Bene facit Medicus, ut statim hominis ægrotantis ac signa morbi accurate secernat a signis sanitatis. Tum & cognito morbo serio optat, ut ille expellatur. Sed quantum id permittit prudentia medica. Neque enim absque gravi periculo ægrotantis indistincte poterit adhibere medicamenta morbo adversa, sed varia consideranda sunt medico, puta ut radices morbi simul tollantur, ut constitutio corporis, ætas, consuetudo, & annos malum nimis altas radices egerit, ut totum tolli nequeat, & quæ sunt similia, expendantur; Sic & Politicus ac JCTus in questione de tortura, antequam consulat, torturam esse eradicandam, considerabit, an & reliqui navi, quibus laborant Christianorum Republicæ, simul tolli queant, ut annon tortura sublata & reliquis navis intactis graviora damnæ sint metuenda. Considerabit, annon illæ Republicæ, quæ tortura non utuntur, sint feliciores, vel annon iisdem ac forte majoribus abusibus sint obnoxiae. Ita v. gr. notum est iis, qui accuratiorem notitiam habent processus Anglicani, quales quantæ soleant esse querelæ de corruptione testium, quorum testimoniis reis oneratus, etiam sine confessione, condemnare solet. Sed nolo prolixior esse, neque hæc attuli, ut Tecum disputare, vel sententiam Tuam oppugnare velim, sed ut declararem saltem, quæ sit mea de roto hoc negotio sententia, & cur nondum sustineam, nisi hæc omnia ante probè sint excusa, consilium de exterminanda è Christianorum Rebuspublicis tortura vel simpliciter approbare, vel simpliciter improbare. Quare licet hic mihi libertate illa uti, quam olim in re dubia Populus Romanus indulgeat suffragia ferentibus de novis legibus, aut etiam ipsis judicibus datis, ut dicam NONDUM LIQVET. Alii igitur tempori servo ulteriores mediationes ea de re, quod & Tu forte in secundis curis facies. Neque enim ista dubia tanta esse prædicto, ut non possint forte alii consiliis posterioribus emendari, aut plane tolli. Tu interim, Nobilissime Domine Candidate vale, & res tuas feliciter age. Dabam d. 15. Junii. Anno 1705.

CLARIS-

CLARISSIMO DN. CANDIDATO

S. P. D.

JAC. FRIDER. LUDOVICI, D.
Prof. Publ. & Fac. Jurid. Adseffor.

Praetiticum sane est thema, quod in Disputatione Tua
inaugurali pertractasti. Torquemur omnes à tene-
ris ungivculis & sape inique torquemur. Torquet
nos Divus Priscianus: torquet nos Scharffii Darap-
ti, Felapton, Difamis & Ferison; Torquent nos
Dieterici aliorumque Epizeuxis, Anadiplosis, Anaphora: Tor-
quent nos, qui Religionem ex fectis, non vero ex limpido ver-
bi divini fonte dijudicant: Torquent nos illi, qui Tribonianum
non habito respectu ad mores nostros adorant: Tortura ubique
deprehenditur. O nos mileros! Hæc Tortura sine dubio non
solum ex Christianorum, sed omnium etiam moratiorum genti-
um Republica eslet ejicienda. Sed maxima inde tortura creare-
tur Patronis antiquarum fabularum Reipublicæ ergo, si credere
fas est, interest, ut omnes novitates supprimantur. Idem for-
san de themate, quod elegisti, erit judicium multorum. Nam
& multorum interest, ut tortura delinquentium retineatur. For-
san vero & tempus veniet, ubi multorum aliud erit judicium,
Venis mihi nuper ad manus libellus, cui titulus: *Effigies iustitia,*
das ist/ Bildniß der Gerechtigkeit / sammt dero Inhalt und Be-
deutung / so dann auch eine aus Gottes Wort und der Natur an-
gestellte genaue Untersuchung / ob das effigies Tortura derselben
ähnlich sey/ oder nicht? in quo libello pleraque argumenta, quæ
adduxisti contra Torturam, & plura adhuc habentur, exempla
item inique torturam adducuntur. Ex quo constat, Te non sin-
gularem prorsus opinionem fovere, cui scilicet & multi alii Vi-
ri doctissimi, quos allegasti, calculum suum adjecerunt. Quam-
vis

vis ergo non sperandum sit, Legislatorēs torturam statim ex
foris suis pro scripturos esse; interim tamen diligentia Tūx laus
nihilominus debebitur, quod iniquitatem Torturæ in Tua dispu-
tatione ostenderis. Non enim omnia, quæ in praxi partes lit-
gantes torquent, cum principiis juris genuinis convenient.
Torquens præterea Clientes Rabulæ, torquent Auditores impe-
rati Doctores, qui ipsi melius facerent, si in dissentium numero
nomina sua profiterentur, quam ut alios stolidæ sua ambitione
corquerent. Sed dabit omnibus hisce Deus aliquando finem.
Transeat itaque Tortura. Votum meum est, Clarissime Candi-
date, ut prospera quæque Tibi quounque tempore eveniant.
Fuisti meus Auditor admodum industrius: sicuti vero non hau-
fisti ex meo ore, ut spero, vanos sermones obrectationes alio-
rum, voces ambitionis, & in generis alia: ita quoque certo con-
fido, Te aliquando verum causarum Patronum evasurum esse.
Deus annuat coepitis Tuis. Vale cum Tuis, Vale cum tota Po-
merania nostra. Dabam ex Museo in Illustri Fridericiana d.XIX.
Jun. MDCCV.

So dem Dein munterer Geist mein Freund sich unterwindet
Die Ungerechtigkeit der Hollter darzuthun/
Sieht man wie Themis Hand Dir Lorber Kränze windet/
In deren Schatten selbst die Unschuld sucht zu ruhn.
Fahre weiter also fort die Fehler zu bestreiten/
Die in Gerichten sich bisher genstelt ein;
So werden Ehr und Ruhm Dich ferner hoch begleiten/
Und wird Dein Vaterland durch Dich gepriesen seyn.
So wolte seinem schon vormale in Holland bekand-
ten/ aniso aber auf der Hällischen Academie
rühmlich promovirenden guten Freund glück-
wünschende zurufen

CHRISTOPHORUS LAU.
Pruss.

Halle Diss. 1705
(T-Z)





B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

DISPUTATIO INAUGURALIS JURIDICA
DE

TORTURA EX FORIS CHRISTIA- NORUM PROSCRI- BENDA,

Quam

IN ILLUSTRI ACADEMIA FRIDERICIANA,
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
Dn. FRIDERICO VVILHELMO,

REGNI BORUSSICI, ELECTORATUS BRANDENB.
ET CETERARUM PROVINCIARUM HEREDE,

PRAESIDE

Dn. CHRISTIANO THOMASIO,

JCTO, S. REG. MAJ. BORUSS. CONSIL. PROF. PUBL.
ET FACULT. JURID. DECANO,

Pro summis in utroque Jure Honoribus, Privilegiis
& Insignibus rite capeſſendis,

IN AUDITORIO MAJORI

Ad diem XXII. Jun. M DCC V. Horis ante & pomerid.

Placidæ Eruditorum discussione submittit

MARTINUS BERNHARDI, Pomer.

HALÆ MAGDEBURGICÆ.

Typis CHRISTOPH. ANDREÆ ZEITLERI, Acad. Typ.

